

irregularē declaravit Clericum, qui, cum vacaret venationi non clamorosae, sed quietae, hominem fortuito interfecerat, quod utique argumento est, eam existimasse, omnem venationem etiam non clamorosam, esse Clericis prohibitam. Verum cum S. Congregatio ita declaraverit, eo quod non satis competum haberit, a Clericis, de quibus agebatur, omnem adhibitum fuisse diligentiam ad evitandum homicidium, quod profecto necesse est, ne ex illo, quamquam ex lictu opere, absque dolo subsequito inducatur irregularitas, quod cum communi docent Covarr... Ugolinus... Avila... idcirco controversia remanet adhuc indecisa.

*Irregularitatem incurentes:*

„Infirmus, demens, vitiatus, foemina, servus  
„Infamis, novus, ignorans, baptismate peccans,  
„Ordineve, occidens, mutilans, bigamusque, nothusque,  
„Haerese constrictus, pauper, puer, exulataris.

1488. Juvat hic subiectere doctrinam de absolutione ab haeresi notatu dignissimam ejusdem *Bened. XIV.* quam L. 7. de Syn. Dioeces. c. 32. tradit, ac primo quidem n. 3. ita docet: *In praecipuas Pastoralis muneric curas est solerter invigilare, ne ullus contra orthodoxam doctrinam error in suam dioecesin irrepatur.* Juxta Apost. 1. ad Tim. 3. et ad Titum 1. Secundo ibid. docet: *Jam vero tam Inquisitor, quam Episcopus potest resipiscientem haereticum, aut sponte coram se comparentem, aut ad suum forum quoquomodo deductum Ecclesiae reconciliare, et pro utroque foro absolvere a censura, in quam propter haeresin incidit ... Quinimo uterque potest poenitentem haereticum, postquam suos ejuravit errores, ad simplicem confessarium remittere, ut ab eo absolvatur, eamque absolutionem, licet a confessario datum in foro sacramentali, prodesse etiam pro foro externo, a cuius jurisdictione promanat, recte observat Del Bene... Num. 4. pergit ita: Haec certa sunt; communiter quoque Doctores non tantum Episcopo, verum etiam cuilibet simplici confessario facultatem concedunt absolvendi ab haeresi pure interna et mentali, nullo exteriori signo manifestata: absolutio quippe ab haeresi est summo Pontifici reservata solum ratione censurae eidem haeresi annexae. Ecclesia autem sicuti non potest per se directe et immediate praecipere, aut prohibere actum mere internum, juxta communem TT. sententiam; ... ita non potest haeresim, quae in actum exteriorum non prodit, censura perstringere. Censuram pariter evaderet, possetque pro foro conscientiae ab Episcopo, aliwo simplici confessario absolvi, qui exterius verbo vel facto aliquem negaret fidei articulum, retento tamen interiori assensu circa illum; nam iste etsi graviter contra fidem peccaret, non esset tamen formaliter haereticus, ac propterea non irretiretur censuris in haereticos infictis ... Denique n. 5. ait: *Sed difficultas unice circa eum versatur, qui interius fidei articulo dissentitur, suumque dissensum aliquo exteriori signo pandit, quin tamen idcirco fuerit ad forum judiciale deductus; de hoc quippe, quem haereticum esse, censurisque in haereticos latit innotatum nemo dubitat, controvertitur, an quamdiu ejus delictum occultum est, possit ab Episcopo pro foro conscientiae absolviri.* Difficultatem faciunt Trid. et Constitutio Apostolica, quae singulis annis in die Coenae Domini promulgatur... ibid. n. 6. nam specialis est ratio dubitandi, num per eandem Bullam Coenae sit ablata etiam Episcopis, sicut Regularibus, potestas absolvendi ab haeresi occulta, iisdem attributa a Conc. Trid. Postea per totum, imo etiam sequenti Capite erudite ostendit, eam facultatem esse Episcopis ademptam.*

*§. IV. Quaestiones finales pro praxi.*

1489. Q. I. Quid sit observandum pro dispensatione in irregularitate ex defectu, vel ex delicto Romae petenda? R. Si delictum, v. g. homicidium, sit occultum, nec ad forum contentiosum deductum, a Poenitentiaria dispensatio petitur hoc modo: *Petitur dispensatio super irregularitate a Petro dioecesis N. contracta ex homicidio voluntario, quod sic accidit: narratur species facti, et additur, quod sit casus occultus.* Si vero delictum sit notoriū, aut irregularitas proveniat ex defectu corporis, dispensat Dataria.

1490. Q. II. Quid observandum sit pro dispensatione super aetate ad ordines requisita? R. Haec datur ex sequentibus motivis: 1. Ob penuriam Sacerdotum. 2. Ob utilitatem egregiam Ecclesiae, quae exspectatur a dispensando. 3. Ob solatium parentum senio confectorum, vel aegrotorum. 4. Ob arctationem beneficij actualis. 5. Ob doctoratum Theologie, vel sacrorum Canonum. Ordinarie non dispensatur nisi pro 13 mensibus. Modus petendi hic est: *Petitur dispensatio in aetate 13 mensium pro N. dioecesis N. in solatium parentis, senio confecti etc.*

1491. Q. III. Quae sit formula petendi dispensationem ad ordines extra tempora, vel sine interstitiis suscipiendos? R. Modus petendi est sequens: *Petitur dispensatio in interstitiis (vel extra tempora) pro NN. Clerico (vel Scholari) dioecesis N. in solatium parentis senio confecti, vel quia jam est annum 27 etc.*

1492. Notandum, quod in interstitiis ob causam etiam possint dispensare Episcopi Germaniae: item in aetate unius anni pro ordinibus ex facultate speciali. In aetate tamen ad beneficium curatum obtinendum Episcopi nec pro brevi tempore dispensant.

1493. Denique pro dispensationibus nulla quidem solvitur taxa Poenitentiae, aut Datariae, sed Agentiae secundum mensuram laboris, et quidem pro dispens. super irregul. ex delicto, vel defectu Agentiae in Poenitent. solvuntur 50 bajoci, sive florenus Rhenanus. Agentiae in Dataria 12 scuta. Pro dispens. super aetate 12 scuta. Porro unum scutum circiter aequivalet duobus florenis cum dimidio nostrae monetae: decem Julii seu Pauli Romae faciunt unum scutum: decem bajoci unum Julium: quinque Quatrini unum Bajocum.

**CENSURARUM**

**IN JURE CONTENTARUM COLLECTIO**

*Ordine alphabetico disposita.*

*Prooemium.*

„Exhibitetur hic pro necessaria censurarum notitia distinctus omnium excommunicationum, suspensionum, et interdictorum catalogus, prout cum reservatione, „vel sine reservatione continetur in Jure. Ubi notandum est quod sequitur, scilicet:

„Quoad excommunicationes Papae reservatas, si hae continentur in Bulla Coenae, nemo extra mortis articulum potest ab iis absolvere, etiamsi habeat facultatem generalem absolvendi ab omnibus censuris Papae reservatis, nisi specialiter exprimantur in concessione; in qua tamen semper censetur excepta haeresis, quoties de hac etiam non fit mentio expressa, sicuti etiam censetur excepti sex casus, qui specialiter sunt Papae reservati intra Italiam, scilicet violatio clausurae Monialium ad malum finem, percussio Clerici vel Monachi, simonia realis scienter contracta, confidentia beneficialis, duellum, et violatio Immunitatis Ecclesiasticae circa confugientes ad Ecclesias.

„Quoad suspensiones, si hae latae sunt ad tempus, antequam per se ipsas essent, interim censetur Papae reservatae, ut cum pluribus docet Bonac. de suspensionibus in particulari disp. 3. q. 2. punct. 1. n. 7. et q. 3. p. 3. n. 7.

„Quamvis autem simplex confessarius possit absolvere ab excommunicationibus non reservatis, cum absolutio excommunicationum necessario praemittenda sit „absolutioni peccatorum, non potest tamen absolvere a suspensionibus quamvis non „reservatis, ut docet Bonac. loc. cit. q. 3. punct. 3. n. 8, sed absolutio impendenda „est ab Episcopo, ut docet idem Bonac. l. cit. q. 1. punct. 1. n. 11, punct. 2. n. 12. „p. 3. n. 6., punct. 8. n. 30., et punct. 11. n. 28.

„Quoad interdicta non reservata dicendum est pariter, quod absolutio impen- „denda est ab Episcopo, dummodo non sint particularia personalia, in quo tantum „casu potest ab iis absolvere simplex confessarius, ut docet idem Bonac. de inter- „dicto, disput. 5. punct. ultimo n. 6.

## EXCOMMUNICATIONES

*Latae sententiae, ac Papae reservatae, quibus subjiciuntur*

## A.

„Absolventes a casibus reservatis absque facultate. Decr. Sacr. Congreg. Episcop. „et Regul. confirmat. a Clemente VIII.  
 „Absolventes a culpa, et poena per indulgentiam, si sunt Regulares. Clem. I.  
 „Religiosi, de privileg.  
 „Absolventes praetextu gratiarum Sixti IV. a casibus Bullae Coenae. Extravag.  
 „Si Dominici gregis, de poenit. et remiss.  
 „Absolventes sacramentaliter excommunicatum a Papa. Cap. Significavit, de sen- „tent. excomm.  
 „Absolvendi facultatem publicantes ad faciendum quaestum. Bulla 99. Pii V. quae „incipit: Quam plenum.  
 „Absoluti in articulo mortis a censura Papae reservata se non praesentantes.  
 „Cap. Eos qui, de sent. excomm. in 6.  
 „Absolutionem datum ab absente validam esse docentes. Bulla 87. Clementis VII.  
 „quae incipit: Sanctissimus.  
 „Accessum ad Romanam Curiam pro impetrandis Apostolicis litteris prohibentes.  
 „Bulla Coenae, §. 13.  
 „Agentium in causis recursus ad Romanam Curiam offensores. Bulla Coenae, §. 12.  
 „Alienantes bona Ecclesiae, et alienari consulentes. Bulla 35. Pii V. quae incipit:  
 „Admonet nos.  
 „Ambitum ad Papatum denunciare omittentes. Bulla 16. Pauli IV. quae incipit:  
 „Cum secundum Apostolum.  
 „Ambitus, et tractatus pactionales super electione Papae eo vivente facientes.  
 „Bulla 16. Pauli IV. quae incipit: Cum secundum.  
 „Ambitus, et tractatus pactionales super electione Papae sede vacante facientes.  
 „Bulla 13. Gregorii XV. quae incipit: Aeterni Patris.  
 „Annonam hostibus Christianorum deferentes. Bulla Coenae, §. 7.  
 „Annonam ad Romanam Curiam deferri prohibentes, vel impedientes. Bulla Coenae,  
 „§. 8.  
 „Annonam a statu ecclesiastico mercimonii causa extrahentes. Bulla 28. Urbani VIII  
 „quae incipit: Superni, §. 5.  
 „Apostatae a fide. Bulla Coenae, §. 1.  
 „Apostatas a Religione recipientes. Bulla 14. Pauli IV. quae incipit: Postquam.  
 „Apostolicae Sedis Legatos, vel Nuncioffidentes. Bulla Coenae, §. 11.  
 „Apostolicam ad Sedem venientium, ex ea recendentium, aut in ea commorantium  
 „offensores. Bulla Coenae, §. 9.  
 „Apostolicas litteras falsificantes, ac publicantes. Bulla Coenae, §. 6.  
 „Apostolicarum litterarum impetrationem, executionem, vel usum prohibentes,  
 „eorumque fautores. Bulla Coenae, §. 13.  
 „Appellantae a Papa ad futurum Concilium, eorumque fautores. Bulla Coenae, §. 2.  
 „Appellantae, vel aliter recurrentes ad laicam potestatem a litteris Papae, vel  
 „ipsius officialium. Bulla Coenae, §. 13.  
 „Appellantae, vel aliter recurrentes ad laicam potestatem a decretis Judicis Eccle- „siastici. Bulla Coenae, §. 16.  
 „Archiepiscoporum offensores. Bulla Coenae, §. 11.  
 „Arma deferentes ad hostes Reipublicae Christianae. Bulla Coenae, §. 7.  
 „Astrologi divinantes super vita, ac morte Papae, sive super statu Sedis Aposto- „licae, vel Reipublicae Christianae. Bulla 113. Urbani VIII. quae incipit: In- „scrutabilis.

## PAPAE RESERVATAE.

## 455

„Avocantes causas spirituales vel spiritualibus adnexas a Judicibus Ecclesiasticis,  
 „ac fautores. Bulla Coenae, §. 14.

„Auxiliis de divinis tractatus edentes, legentes, imprimentes, vel retinentes.  
 „Decret. Congreg. S. Offic. anno 1625. die 22. Maii, et anno 1641. die 1. Augusti.

## B.

„Beneficium in ecclesiasticum se intrudentes. Conc. Trid. sess. 22. cap. 11. de  
 „reform.

„Beneficia, et pensiones recipientes in confidentiam (nisi sint Cardinales, et Epi- „scopi, cum hi incurvant interdictum ab ingressu Ecclesiae). Bulla 85. Pii V.  
 „quae incipit: Romanum Pontificem.

„Beneficiorum simoniaci, ac complices. Bulla 85. Pii V. quae incipit, Intolerabilis.  
 „Beneficiorum obtentores pro aliis se supponentes. Bulla 12. Pauli IV. quae inci- „pit: Inter caeteras.

„Beneficiorum fructus, vel jura usurpantes, aut sequestrantes. Bulla Coenae, §. 17.  
 „Beneficiorum redditibus onera imponentes, exigentes, vel recipientes. Bulla Coenae,  
 „§. 18.

„Beneficiorum vacantium fructus non applicantes juxta Extravag. Joan. XXII.  
 „Suscepiti regiminis, donec restituant.

„Beneficiorum collatores violantes suspensionem ob collationem non factam juxta  
 „formam praescriptam in Bulla 58. Pii V. quae incipit: Quanta.

„Beneficiales causas a Judicibus Ecclesiasticis avocantes. Bulla Coenae, §. 14.  
 „Beneficiatis (a) pro collatione, seu possessione aliquid petentes, vel exigentes.  
 „Bulla 104. Pii V. quae incipit: Durum nimis.

„Beneficiatis (a) juramenta illicita exigentes. Bulla 93. Greg. XIII. quae incipit:  
 „Inter Apostolicas.

„Bona Ecclesiae ob delictum Clericorum confiscantes, nisi restituant. Clement.  
 „Nolentes, de haeret.

„Bona ecclesiastica usurpantes, vel usurpata recipientes. Conc. Trid. sess. 22. cap. 11.  
 „de reform.

„Breviaria contra praescriptum Concil. Trident. imprimentes. Const. Clement. VIII.  
 „in Breviario.

## C.

„Camerae Apostolicae Ministri computa non describentes. Bulla 40. Pauli III. quae „incipit: Cum sicut accepimus.

„Camerae Apostolicae scripturas detinentes, vel non revelantes. Bulla 56. Sixti V.  
 „quae incipit: Non sine maxima.

„Cardinales eligentes Papam simoniace. Bulla 3. Julii II. quae incipit: Cum tam „divino.

„Cardinales non eligentes juxta formam praescriptam in Bulla 13. Greg. XV. quae „incipit: Aeterni Patris.

„Cardinales revelantes secreta Consistorii. Bulla 7. Leonis X. quae incipit: Su- „pernae §. 30.

„Cardinalium offensores, vel persecutores. Bulla Coenae, §. 11.

„Cardinalium offensores denuntiare omittentes. Bulla 93. Pii V. quae incipit: In- „felicis saeculi.

„Cardinalium in Conclavi existentium bona invadentes. Bulla 16. Leonis X. quae „incipit: Temeriarum, §. 3.

„Cardinalium de promotione pacientes. Bulla 4. Greg. XIV. quae incipit: Cogit nos.  
 „Causas spirituales, vel spiritualibus adnexas a Judicibus Ecclesiasticis avocantes,  
 „earumque fautores. Bulla Coenae, §. 14.

„Causis criminalibus Ecclesiasticorum Laici se interponentes. Bulla Coenae, §. 19.

„Causas civiles Ecclesiasticorum ad tribunal laicale trahentes, Bulla Coenae, §. 15.

„Censuras violari temporales domini facientes. Clement. Gravis, de sent. excomm.

„Censuram suspensionis a potestate providendi de beneficiis violantes. Bulla 58.  
 „Pii V. quae incipit: Quanta.

„Censurarum latores offendentes Cap. Quicumque, de sent. excomm. in 6.

„Christianorum hostibus auxilium praestantes Bulla Coenae, §. 7.

„Christianos apud Turcas capientes, vel captis libertatem non reddentes. Bulla 149.

„Pii V. quae incipit: Licit omnibus.

„Clausuram Moniales egredientes, earumque fautores. Bulla 8. Pii V. quae incipit:  
 „Cum pastoralis; et declaratio, quae incipit: Decori.

„Clausuram Monialium violantes. Bulla 74. Pauli V. quae incipit: Monialum.

„Clerici communicantes in divinis cum excommunicato a Papa. Cap. *Significavit*, de sent. excomm.  
 „Clerici facientes juvare, vel vovere pro sepultura in suis Ecclesiis. Clement. *Cupientes*, §. *Sane*, de poenis.  
 „Clericorum percussores. Can. *Si quis suadente*. 17. q. 4.  
 „Conceptionem immaculatam B. Mariae V. impugnantes Extrav. *Nimis*, de reliquiis,  
 „et venerat. Sanctor.  
 „Conclavistis mittentes, vel ex eis recipientes litteras super electione Papae.  
 „Bulla 63. Pii IV. quae incipit: *In eligendis*.  
 „Conclavistarum bona diripientes. Concil. *Constantiense* sess. 41. de decret. de non  
 „spoliand. eligend. in Pontific.  
 „Confessarium absentem posse absolvere docentes. Bulla 87. Clement. VIII. quae  
 „incipit: *Sanctissimus*.  
 „Confiscans bona Ecclesiae ob delictum Clericorum, nisi restituat. Clement. *No-*  
*lentes*, de haeret.  
 „Confidentia beneficiali dantes vel recipientes pensiones, vel beneficia, nisi sint  
 „Cardinales, et Episcopi, cum hi incurvant interdictum ab ingressu Ecclesiae.  
 „Bulla 85. Pii IV. quae incipit: *Romanum Pontificem*; et Bulla 58. Pii V. quae  
 „incipit: *Quanta Ecclesia*.  
 „Conspirationem in Cardinalem non revelantes. Bulla 93. Pii V. quae incipit: *In-*  
*felicitas saeculi*.  
 „Consuetudines contra libertatem ecclesiasticam servantes, vel servari facientes.  
 „Cap. *Noverit*, de sent. excomm. et Bul. Coen. §. 15.  
 „Conventum Religiosorum mulieres ingredientes. Bulla 20. Pii V. quae incipit:  
 „Regularium.  
 „Curia in Romana jurisdictionem sibi usurpantes contra manentes in ea. Bulla  
 „Coenae §. 9.  
 „Curia in Romana promittentes, dantes, vel recipientes aliquid pro gratia, vel  
 „justitia. Bulla 19. Alexandri VII. quae incipit: *Intergravissimas*.  
 „Curiam ad Romanam accessum pro impetrando Apostolicis litteris prohibentes  
 „Bul. Coen. §. 13.

## D.

„Decimas Ecclesiastici usurpantes, aut impudentes. Bul. Coen. §. 17.  
 „Decimas Religiosi usurpantes, vel earum solutionem impudentes, quando non  
 „habent officium, vel beneficium (tunc suspendatur) et ante satisfactionem con-  
 „dignam non possunt absolviri nisi a Papa. Clement. I. de decimis.  
 „Decimarum causas a Judicibus Ecclesiasticis avocantes. Bulla Coenae §. 14.  
 „Defunctorum corpora immaniter tractantes. Extravag. *Detestandae*, de sepult.  
 „Denunciare omittentes ambitum ad Papatum. Bulla 16. Pauli IV. quae incipit:  
 „Cum secundum Apostolum.  
 „Denunciare omittentes offensores, vel persecutores Cardinalium. Bulla 93. Pii V.  
 „quae incipit: *Infelicitas saeculi*.  
 „Denunciare omittentes offensores colligitantium, eorumque procuratorum in Curia  
 „Romana. Bulla 11. Alexandri IV. quae incipit: *In eminenti*.  
 „Deposita Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum sequestrantes, vel occupantes. Conc.  
 „Trid. sess. 23. cap. 11. de reform.  
 „Dispensantes praetextu facultatis Sixti IV. a votis castitatis, religionis, peregrina-  
 „tionis Hierusalem, Compostellam, Romam. Extravag. *Etsi Dominici gregis*, 2.  
 „de poenit. et remiss.  
 „Dogmata, vel miracula, ac falsas revelationes praedicantes. Bulla 21. Leonis X.  
 „quae incipit: *Supernae*, §. 5.  
 „Duellantes eorumque fautores Bulla 78. Gregorii XIII. quae incipit: *Ad tollendum*,  
 „et Bulla 11. Clement. VIII. quae incipit: *Illi vices*.

## E.

„Ecclesiae bona ob delictum Clericorum confiscantes, nisi restituant. Clement.  
 „*Nolentes*, de haeret.  
 „Ecclesiae Romanae loca invadentes, eorumque fautores. Bulla Coenae. §. 20.  
 „Ecclesiae Romanae res alienantes, vel alienari consulentes. Bulla 35. Pii V. quae  
 „incipit: *Admonet nos*; et Bulla 4. Urbani VIII. quae incipit. *Sacrosancti*.  
 „Ecclesias effringentes, vel spoliantes. Cap. *Conquest*. 22. de sentent. excomm.  
 „Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum bona occupantes, vel sequestrantes. Bul. Coen.  
 „§. 17. vel eorum usurpationem recipientes, vel eorum deposita occupantes, aut  
 „sequestrantes. Conc. Trid. sess. 22. cap. 11. de reform.

„Ecclesiasticae libertati statuta contraria facientes vel consuetudines contra ipsam  
 „reservantes, aut servari facientes. Bul. Coen. §. 15.  
 „Ecclesiasticos ad tribunal laicale trahentes. Bul. Coen. §. 15.  
 „Ecclesiasticorum causis criminalibus Laici se interponentes. Bul. Coen. §. 19.  
 „Ecclesiasticis usum jurisdictionis impedites. Bulla Coenae, §. 16. vel eis gabellas  
 „imponentes, exigentes, seu recipientes. Bulla Coenae, §. 18.  
 „Ecclesiastico in statu officiales munera accipientes exceptis esculentis et pocu-  
 „dantis, quae triduo servari non possunt. Bulla 15. Sixti IV. quae incipit: *Etsi*  
 „*de cunctorum*, §. 3. et Bulla 3. Pauli II. quae incipit: *Munera*.  
 „Ecclesiastico in statu dantes, vel recipientes aliquid pro gratia, vel justitia,  
 „Bulla 10. Clement. VIII. quae incipit: *Pro commissa*, §. 22.  
 „Ecclesiastico e statu annonam mercimonii causa extraentes. Bulla 28. Urbani VIII.  
 „quae incipit: *Superni*, §. 5.  
 „Electio in Papatum consentientes, si sit facta a minori numero, quam duorum  
 „partium Cardinalium, et si sit facta a sola tertia parte etiam acceptantes.  
 „Cap. *Licet*, de elect.  
 „Episcopum offendentes, Bulla Coenae, §. 11. vel eum bannientes, aut capientes,  
 „eorumque fautores, Clement. I. *Si quis suadente*, de poenit.  
 „Examinatores, qui aliquid recipiunt pro examine ad parochiam. Concil. Trid.  
 „sess. 24. cap. 18. de reform.  
 „Excommunicatus, suspensus, vel interdictus non parens monitioni de exeundo  
 „sab. Ecclesia, dum Missa celebratur, vel ipsum exire prohibentes. Clement.  
 „*Gravis*, de sent. excom.  
 „Excommunicatum a Papa sacramentaliter absolventes, vel ipsum ad divina ad-  
 „mittentes. Cap. *Significavit*, de sent. excom.  
 „Excommunicatus a delegato Papae non parens infra annum. Cap. *Quaerenti*, de  
 „offic. delegati.  
 „Excommunicato a Papa participantes in crimen criminoso. Cap. *Nuper*, de sent.  
 „excomm.

## F.

„Falsificantes litteras apostolicas, vel eas publicantes. Bulla Coenae §. 6.  
 „Falsificantes monetas Regis Franciae. Extravag. *Prodiens*, de crimine falsi.  
 „Foeminae ingredientes Religiosorum Coenobia. Bulla 20. Pii V. quae incipit:  
 „*Regularium*.

## G.

„Gabellas novas imponentes, et exigentes. Bulla Coenae §. 6.  
 „Gabellas Ecclesiasticis imponentes, cooperantes, exigentes, recipientes. Bulla  
 „Coenae §. 18.  
 „Granatenses laminas, vel libros de eis tractantes retinentes, imprimentes, vul-  
 „gantes, et allegantes. Decret. Congreg. S. Offia. anno 1639, die 5. Maii.  
 „Gubernatores status ecclesiastici recipientes munera exceptis esculentis, et po-  
 „culentis, quae triduo servari non possunt. Bulla 3. Pauli II. quae incipit:  
 „*Munera*, et Bulla 15. Sixti IV., quae incipit: *Etsi de cunctorum*, §. 3.

## H.

„Hebraeorum Thalmuth, et alia impia scripta legentes. Bulla 20. Clem. VIII. quae  
 „incipit: *Cum Hebraeorum*.  
 „Haeretici formales, et externi, eorumque fautores. Bulla Coenae §. 1.  
 „Haereticorum libros haeresim continentis, vel de Religione tractantes legentes,  
 „retinentes, imprimentes, vel defendentes Bul. Coen. §. 1.  
 „Haereticorum, vel fautorum corpora sepelentes in loco sacro, si ea non exhu-  
 „mantur. Cap. *Quicumque*, de haeretic. in 6.

## I.

„Imunitatem Ecclesiarum, locorumque ea gaudentium violantes. Bulla 7. Gre-  
 „gorii XIV. quae incipit: *Cum alias*.  
 „Imunitatem Ecclesiasticorum per impositionem onerum, vel per usurpationes,  
 „et sequestra, aut per tractionem ad laicale tribunal violantes. Bulla Coenae  
 „§. 15. 17. et 18.  
 „Impedientes causarum spiritualium cursum in foro ecclesiastico, eorumque fa-  
 „tores. Bul. Coen. §. 14.  
 „Impedientes virtuallia Romanae Curiae. Bul. Coen. §. 8.

„Impedientes impetrationem, et executionem litterarum apostolicarum vel tali  
„impedimento cooperantes. *Bul. Coen.* §. 13.  
„Imponentes gabellas Ecclesiasticis, et cooperantes. *Bul. Coen.* §. 18.  
„Incendiarii excommunicati a quocumque quoad absolutionem. *Cap. Tua nos*, de  
„sent. excomm.  
„Indulgentiam plenariam Religiosi concedentes. *Clem. I. de privileg.*  
„Indulgentias publicantes ob quaestum, si non sint Episcopi, vel Cardinales (cum  
„hi incurant interdictum ab ingressu Ecclesiae, et suspensionem a perceptione  
„fructuum). *Bulla 99. Pii V.* quae incipit: *Quam plenum.*  
„Infeudationem locorum Ecclesiae Romanae Papae persuadentes. *Bulla 55. Pii V.*  
„quae incipit: *Admonet nos.*  
„Ingredientes monasteria mulierum ad malum finem, vel praetextu facultatis a  
„Papa, aut ab aliis concessae, ac moniales admittentes. *Bulla §. 28. Gregorii XIII.*  
„quae incipit: *Ubi gratiae.*  
„Inquisidores, eorumque substituti (si non sint Episcopi, cum hi incurant suspen-  
„sionem) non procedentes aduersus haereticos. *Clement. I. §. Veram.* de haeret.  
„Inquisitionis processus, et secreta revelantes. *Cap. Statuta* §. *Et ut eorumdem*, de  
„haer. in 6.  
„Inquisitionis praetextu pecuniam extorquentes. *Clement. Nolentes*, de haeret.  
„Inquisitionis cursum Regularium superioribus impedientes, vel retardantes, *Bulla 26.*  
„Pauli V. quae incipit: *Romanus Pontifex*, §. 6.  
„Interdictum violantes per evocationem populi ad divina, et in aliis certis casibus.  
„Clement. Gravis, de sent. excom.  
„Intrudentes se in beneficium ecclesiasticum. *Conc. Trid.* sess. 22. cap. 11. de  
„reform.  
„Judicium in causis recursus ad Romanam Curiam offensores. *Bulla Coenae* §. 12.  
„Juramenta illicita, et libertati ecclesiasticae contraria a Beneficiatis, vel Prae-  
„latis exigentes. *Bulla 93. Gregorii XIII.* quae incipit: *Inter Apostolicas.*  
„Jurisdictionis ecclesiasticae usum impedientes, eorum fautores. *Bulla Coen.* §. 16.  
„Jurisdictionem non habentes, eamque sibi vindicantes contra manentes in Curia  
„Romana. *Bulla Coenae* §. 9.  
„Jurisdictionem procurantes a Conservatoribus exced. *Cap. Hac constit.*, de officio  
„delegati in 6.

**L.**

„Laici se interponentes in causis ecclesiasticis. *Bul. Coen.* §. 14.  
„Laicam ad potestatem a litteris Papae, ejusque officialium recurrentes. *Bulla*  
„*Coenae*, §. 13.  
„Laminas Granatenses allegantes. *Decr. Congr. S. Offic.* anno 1639. die 5. Maii.  
„Legatis ab Apostolicis recurrentes ad potestatem laicam. *Bulla Coenae* §. 13.  
„Legatorum Sedis Apostolicae offesores. *Bulla Coenae* §. 11.  
„Libros haereticorum continentes haeresim, vel tractantes de religione legentes,  
„retinentes, imprimentes, vel defendantes. *Bulla Coenae* §. 1.  
„Libros, tractatus, seu compositiones de auxiliis divinis edentes, retinentes, legen-  
„tes, vel imprimentes. *Decr. Congr. S. Offic.* anno 1625., die 22. Maji, et anno  
„1641. die 1. Aug.  
„Librum Thalmuth, et alios impios codices Hebraeorum legentes, retinentes, im-  
„primentes. *Bulla 20. Clementis VIII.* quae incipit: *Cum Hebraeorum.*  
„Licentiam dantes gravandi eos, qui censuram tulerunt, quorum occasione est  
„lata, post duos menses. *Cap. Quicunque*, de sent. excomm. in 6.  
„Litteras Apostolicas falsificantes, vel falsas publicantes. *Bul. Coen.* §. 6.  
„Litteras Apostolicas falsas retinentes infra viginti dies excommunicationis feren-  
„tiae a Dioecesano. *Cap. Dura*, de crimine falsi.  
„Litteras S. Poenitentiariae impedientes. *Bulla 1. Julii III.* quae incipit: *Rationi*  
„*congruit.*  
„Litterarum Apostolicarum impetrationem, executionem, vel usum prohibentes,  
„eorumque fautores. *Bul. Coen.* §. 13.

**M.**

„Marchiae Anconitanae officialium offesores. *Extravag. Dierum*, de poenit.  
„Maris Pontificii piratae, ejusque fautores. *Bul. Coen.* §. 2.  
„Matrimonio conjungentes, vel solemniter benedicentes sponsis sine licentia Pa-  
„rochi. *Clement. I. de privileg.*  
„Ministri Camerae Apostolicae computa non describentes. *Bulla 40. Pauli III.* quae  
„incipit: *Cum sicut accepimus.*

„Miracula, vel dogmata falsa, aut falsas revelationes praedicantes. *Bulla 21.*  
„Leonis X. quae incipit: *Supernae*, §. 5.  
„Monachorum percussores. *Can. Si quis suadente*, 17. q. 4.  
„Monasteriorum bona, vel jura usurpantes. *Bul. Coen.* §. 17.  
„Monasteriorum bonis collectas, vel taleas imponentes. *Bul. Coenae*. §. 18.  
„Monasteria monialium ingredientes ad malum finem, vel praetextu facultatis a  
„Papa, vel ab aliis concessae, et moniales admittentes. *Bulla 28. Gregorii XIII.*  
„quae incipit: *Ubi gratiae.*  
„Monialium clausuram violantes. *Bulla 74. Pauli V.* quae incipit: *Monialium.*  
„Moniales clausuram violantes, eorumque fautores ad egressum, sicuti etiam  
„monialium superiores concedentes licentiam ingrediendi in Monasteria sine causa  
„justa. *Bulla s. Pii V.* quae incipit: *Circa pastoralis*; et ejusdem Bullae decla-  
„ratio, quae incipit: *Decori, et honesti.*  
„Monetam regis Franciae falsificantes. *Extravag. Prodiens*, de crimine falsi.  
„Montium pietatis bona usurpantes. *Conc. Trid.* sess. 22. cap. 11. de reform.  
„Montium pietatis officiales inferiores Episcopis (cum hi incurant solam suspen-  
„sionem) expendere praesumentes pecunias Montis praeter usus destinatos. *Bulla*  
„§8. Pauli V. quae incipit: *Onerosa.*  
„Mulieres ingredientes Religiosorum Coenobia. *Bulla 20. Pii V.* quae incipit: *Re-  
„gularium.*

**N.**

„Naufragantium bona surripientes. *Bulla Coenae* §. 4.  
„Negotiorum causa ad Romanam Curiam recurrentium offesores. *Bul. Coen.* §. 12.  
„Nuntiis ab Apostolicis recurrentes ad potestatem laicam. *Bul. Coen.* §. 13.

**O.**

„Oblationem solemnam inter Missam recipientes ab excommunicato, vel interdicto  
„nominatim a Papa. *Cap. Significavit*, de sent. excomm.  
„Oblationes sacras Ecclesiis, vel aliis piis locis usurpantes. *Conc. Trid.* sess. 22.  
„cap. 11. de reform.  
„Offensores accendentium, commorantium, aut recentientium a Romana Curia de-  
„votionis causa, vel negotiorum ad Sedem Apostolicam spectantium. *Bul. Coen.*  
„§. 9. 10. et 12.  
„Offensores Cardinalium, Episcoporum, et quorumcumque Sedi Apos olicae offi-  
„cialium, ac fautores. *Bul. Coen.* §. 11.  
„Officia divina cogentes celebrari in loco interdicto. *Clement. Gravis*, de sent.  
„excomm.  
„Officiales status ecclesiastici munera accipientes exceptis esculentis, et poculen-  
„tis, quae triduo servari non possunt. *Bulla 15. Sixti IV.* quae incipit: *Etsi de*  
„*cunctorum*, §. 3.; et *Bulla 3. Pauli II.* quae incipit: *Munera.*  
„Officiales S. Poenitentiariae recipientes aliquid etiam sponte oblatum. *Bulla 83.*  
„Pii V. quae incipit: *In omnibus rebus.*  
„Olivetanam in Congregationem ingressum prohibentes. *Bulla 12. Julii II.* quae  
„incipit: *Etsi ad universos*, §. 20.  
„Ordinationem contra libertatem ecclesiasticam facientes. *Bulla Coenae* §. 15.  
„Ordinem furtive recipientes, quando praecessit prohibitio sub excommunicatione  
„(cum alias incurrit sola suspensio). *Cap. 1. Veniens ad nos*, de eo, qui ordin.  
„furtive suscep.

**P.**

„Papatum ambientes, aut vivente Papa de eligendo successore tractantes, ac  
„cooperantes, *Bulla 16. Pauli IV.* quae incipit: *Cum secundum.*  
„Papatus electioni consentientes, si sit electus a minori numero, quam duarum  
„partium Cardinalium, et si sit electus a sola tertia parte, etiam acceptantes.  
„Cap. *Licet*, de elect.  
„Papae de vita, aut morte, vel de alterius electione eo vivente pacientes, si  
„cuti etiam de promotione Cardinalium. *Bulla 4. Gregorii XIV.* quae incipit:  
„*Cogit nos.*  
„Papae in electione Cardinales simoniam committentes. *Bulla. 3. Julii II.* quae  
„incipit: *Cum tam divino.*  
„Papae in electione Cardinales non servantes formam praescriptam in *Bulla 13.*  
„*Gregorii XV.* quae incipit: *Aeterni Patris.*  
„Papae persuadentes infeudationem locorum Ecclesiae Romanae, *Bulla 35. Pii V.*  
„quae incipit: *Admonet nos.*

„Parochiae pro examine dantes vel recipientes aliquid. *Conc. Trid.* sess. 25. c. 18.  
„de reform.

„Parochialia jura Religiosi usurpantes. Clem. 1. de privil.

„Participantes in crimen criminoso cum excommunicato a Papa. Cap. *Nuper*, de  
„sent. excomm.

„Patriarcharum offensores. *Bul. Coen.* §. 11.

„Patroni admittentes resignationem extra casus permissos. Bulla 58. Pii V. quae  
„incipit: *Quanta*.

„Patroni usurpantes bona suarum Ecclesiarum. *Conc. Trid.* sess. 22. c. 11. de reform.

„Pedagia nova imponentes, et exigentes. *Bulla Coenae* §. 5.

„Poenitentiariae litteras impidentes. Bulla 1. Julii III. quae incipit: *Rationi congruit*.

„Poenitentiariae officiales recipientes aliquid etiam sponte oblatum. Bulla 83. Pii V.  
„quae incipit: *In omnibus rebus*.

„Peregrinantur devotionis causa Romanam offensores. *Bulla Coenae* §. 10.

„Perseverantes per annum in excommunicatione lata a Papae delegato. Cap. *Quae-*  
„*renti*, de offic. delegat.

„Piratae in mari pontificio, eorumque fautores. *Bulla Coenae* §. 3.

„Populum evocantes ad audienda divina in loco interdicto. Clement. *Gravis*, de  
„sent. excomm.

„Potestatem ad laicam a litteris Apostolicis recurrentes. *Bulla Coenae* §. 13.

„Praedicantes dogmata, vel miracula falsa, aut revelationes falsas. Bulla 11.  
„Leonis X. quae incipit: *Supernae majestatis*, §. 5.

„Praedicantes peccare eos, qui tenent, B. Virginem immaculate conceptam. Extra-  
„vag. *Grave nimis*, de reliquiis et venerat. Sanctor.

„Procuratorum in causis recursus ad Romanam Curiam offensores. *Bul. Coen.* §. 12.

„Prohibentes, ne excommunicati, vel interdicti moniti exeant ab Ecclesia, dum  
„Missa celebratur, et qui post monitionem audent cum ipsis remanere. Clement.  
„*Gravis*, de sent. excomm.

**R.**

„Quaestuarii publicantes indulgentias ob quaestum. Bulla 89. Pii V. quae incipit:  
„*Quam plenum*.

**R.**

„Recurrentes a litteris Apostolicis ad potestatem laicam, et recursui cooperantes.  
„*Bul. Coen.* §. 13.

„Recurrentes a decretis Judicis Ecclesiastici ad potestatem laicam. *Bul. Coen.* §. 16.

„Regularium superiores impidentes, vel retardantes causas ad S. Inquisitionem  
„spectantes. Bulla 26. Pauli V. quae incipit: *Romanus Pontifex*, §. 6.

„Religiosi facientes vovere, vel jurare ad eligendam sepulturam in suis Ecclesiis.  
„Clement. *Cupientes*, §. *Sane*, de poenis.

„Religiosi mendicantes transeuntes ad ordinem non mendicantium. Extrav. 1. de  
„regularib.

„Religiosi ministrantes extremam unctionem, vel assistentes matrimonio sine  
„licentia Parochi. Clement. *Religiosi*, de privileg.

„Religiosi absolventes a culpa, et poena per indulgentiam. Clement. 1. de privileg.

„Religiosi se conferentes ad partes transmarinas, sine licentia. Extrav. *Ad nostrum*,  
„de Regular.

„Religiosi recipientes ad habitum, vel professionem illegitimos ex incestu intra  
„tertium gradum, vel ex sacrilegio ob votum solemne castitatis absque licentia  
„capituli generalis, vel provincialis. Bulla 71. Sixti V. quae incipit: *Cum de*  
„*omnibus*, § 2. Quoad excommunicationem non moderata, in Bulla 83. Clem. VIII.  
„quae incipit: *In suprema*, §. 4.

„Religiosi usurpantes decimas, vel earum solutionem impidentes, quando non ha-  
„bent officium vel beneficium (cum tunc incurvant solam suspensionem) nisi  
„satisficerint. Clem. 1. de decimis.

„Religiosorum coenobia mulieres ingredientes. Bulla. 20. Pii V. quae incipit:  
„*Regularium personarum*.

„Religionis apostatas recipientes. Bulla 14. Pauli IV. quae incipit: *Postquam*.

„Religionis ingressum prohibentes (ex participatione privilegiorum Congregationis  
„Olivetanae). Bulla 12. Julii II. quae incipit: *Elsi ad universos*, §. 20.

„Religionis ob ingressum dantes, vel recipientes aliquid, dummodo non sit pro  
„alimentis. Extrav. *Sane*, de simonia.

„Reliquias Sanctorum extrahentes e coemeteriis, ac fautores. Decr. editum de  
„mandato Pauli V. die 23. Augusti 1613. et 16. Maii 1624.

„Resignationem patroni admittentes extra casus permissos. Bulla 58. Pii V. quae  
„incipit: *Quanta*.

„Revelationes falsas praedicantes. Bulla 21. Leonis X. quae incipit: *Supernae* §. 5.

„Romae Senatorem, vel Gubernatorem eligentes sine licentia Papae. Cap. *Funda-*  
„*menta*, de elect. in 6.

„Romanae Curiae virtualia impidentes. *Bul. Coen.* §. 8.

„Romanam ad Curiam accessum pro impetrando apostolicis litteris prohibentes.  
„*Bul. Coen.* §. 13.

„Romanam ad Curiam ob negotia recurrentium, eorumque agentium offensores.  
„*Bul. Coen.* §. 12.

„Romana in Curia colligitantum, vel procuratorum offensores denunciare omitten-  
„tes. Bulla 11. Alexandri VI. quae incipit: *In eminenti*.

„Romana in Curia dantes, vel recipientes aliquid pro gratia, vel justitia, ac pacis-  
„centes. Extrav. *Excommunicamus*, de sent. excomm., et Bulla 16. Alexandri VII.  
„quae incipit: *Inter gravissimas*.

„Romanae Ecclesiae bona invadentes, ac fautores. *Bul. Coen.* §. 20.

„Romipetarum devotionis causa offensores. *Bul. Coen.* §. 10.

**S.**

„Sacramenta ministrantes excommunicato nominatum denunciato a Papa. Cap.  
„*Significavit*, de sent. excomm.

„Schismatici. *Bul. Coen.* §. 1.

„Scripturam Sacram praedicantes, vel explanantes contra sensum ab Ecclesia ap-  
„probatum. Bulla 21. Leonis X. quae incipit: *Supernae majestatis*.

„Scripturas Camerae Apostolicae detinentes, vel non revelantes. Bulla 56. Sixti V.  
„quae incipit: *Non sine maxima*.

„Secreta Consistorii revelantes. Bulla 7. Leonis X. quae incipit: *Supernae*, §. 30.

„Secreta S. Inquisitionis revelantes. Cap. *Statuta*, §. *Et ut eorundem de haeret. in 6*.

„Secreta Reipublicae Christianae hostibus revelantes. *Bul. Coen.* §. 7.

„Sepelientes in loco sacro haereticos, eorumque fautores, si non exhumarunt. Cap.  
„*Quicumque*, de haeret. in 6.

„Sepelientes tempore interdicti in loco sacro sepeliri prohibitos, vel sepelientes  
„excommunicatos, interdictos, et usurarios, quamdiu non est praestita satisfac-  
„tio ad arbitrium Episcopi. Clem. 1. de sepult.

„Sepulturam in suis Ecclesiis eligi, vel non mutari Religiosi procurantes per vo-  
„tum, vel juramentum. Clem. *Cupientes*, §. *Sane*, de poenis.

„Sepulturae transferendae causa cadaver comminuentes. Extrav. *Detestanda*, de  
„sepul.

„Sequestrantes bona, vel jura Ecclesiarum. *Bul. Coen.* §. 17.

„Sequestrationem faciendam ab Ordinario de fructibus beneficii impidentes, quam-  
„diu impedimentum non est amotum, vel fructus non sunt restituti. Clem. unic.  
„*Ad compescendas*, de sequestr.

„Servituti subjecientes Christianum. Bulla 149. Pii V. quae incipit: *Licet omnibus*.

„Simoniaci in ordine, vel beneficia, ac complices. Extrav. *Detestabile*, de simon.

„Bulla 85. Pii IV. quae incipit: *Romanum Pontificem*; et Bulla 85. Pii V. quae  
„incipit: *Intolerabiles*.

„Simoniaci in Religionis ingressu. Extrav. *Sane*, de simon.

„Simoniam committentes publicando indulgentias, vel concedendo facultatem pro  
„reservatis, vel privilegia Missae, aut sepulturae tempore interdicti. Bulla 99.

„Pii V. quae incipit: *Quam plenum*.

„Simoniam committentes dando vel recipiendo aliquid pro examine ad parochiam.  
„*Cone. Trid.* sess. 24. c. 18. de reform.

„Societatis Jesu institutum impugnantes, vel mutari procurantes. Bulla 89. Greg. XIII.

„quae incipit: *Ascendente Domino*, §. 24.

„Sollicitationem non revelantes infra mensem. Bulla 34. Gregor XV. quae incipit:  
„*Universi*.

„Sponsiones facientes super electione, vita, vel morte Papae, ac promotione Car-  
„dinalium. Bulla 4. Gregorii XIV. quae incipit: *Cogit nos*.

„Statuta libertatis ecclesiasticae laesiva facientes vel eisdem utentes. *Bul. Coen.* §. 15.

„Superiores monialium concedentes licentiam ingrediendi in monasteria sine causa  
„justa. Bulla 8. Pii V. quae incipit: *Circa pastoralis*; et declaratio, quae incipit:  
„*Decor et honesti*.

„Superiores regularium impidentes, vel retardantes causas ad s. Inquisitionem  
„spectantes. Bulla 26. Pauli V. quae incipit: *Romanus Pontifex*, §. 6.